



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies
quadraginta**

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

Quomodo nomen regni coelorum multipliciter accipitur in scripturis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

CAP. 5. *Quomodo nomen regni cœlorum, multipliciter accipitur in scripturis.*

Daniel. 2.



Tunc vi, ar-
nis, infidiis,
diuitiis, sine
fœdere senie
bant reges
vnus in alte-
râ. At deus
in Christo
sine his
in 4. monar-
chia suscita-
uit regnum
quod nō dis-
soluetur.
Luc. 1.
Marc. 1. 16.
Genes. 49.
Daniel. 9.
Luc. 3.
Math. 3.
Mar. 1.
1. Corinth.
13. & 15.
Baruc. 3.
Sap. 5.
Eccle. 10.
Regnum di-
uersimode
accipitur.
Math. 25.

Regnum Messia dicitur regnū
cœli vel cœlorum. Daniel. 2.
quod oriturum erat sub quar-
ta monarchia. Dan. 2. cessan-
te tēporali regno Dauid. Gene. 49. quod
adūbrabat regnū spirituale Christi, post
cuius manifestationē cessauit vnctio illa
externa Iudæorum. Dan. 9. Quod primò
prædicat Ioan. Luc. 3. Matth. 3. & Mar. 1.
Demum Christus & Apostoli: vox antè
inaudita vsque ad lætam prædicationem
euangelij, significans aliquod regnū glo-
riosum, iocūdum, fixum, perpetuum, sta-
bile, incorruptibile. Illius pax, tranquillitas,
securitas perpetua, quę in hac vita im-
perfecta, sed mutabūtur in melius. 1. Cor.
13. & 15. Opposita sunt autem in regnis hu-
ius mundi reges, regna, pax, diuitiæ, &c.
Instabilia sunt. Baruc 3. Sap. 5. & Eccle. 10.
Vide de 4. monarchiis, & aliis regnis.
Nota interim, quòd regnum cœlorum
aliquādo accipitur pro gaudio, quo fruū-
tur animæ per fidem ex hac vita migran-
tes, & ad Deum peruenientes. Matt. 5. 25.

& Luc. 13. Retributio videlicet iustorum Luc. 13.
 pro sua iustitia. Matth. 6. Vide Chriftost. Matth. 6.
 Grego. Cypr. super oratione dominica.
 Aliquando pro malorū retributione, pro
 sua culpa, & bonorum quæ contingent
 in iudicio, vbi manifestabitur regnum
 Christi. Matth. 25. & Luc. 21. De quo dici- Matth. 25.
 mus adueniat regnum tuum, expectātes Luc. 21.
 beatam spem, & aduentum glorię magni
 Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Ali-
 quando autem regnum cœlorū locus est Ad Tit. 2.
 beatorum. Luc. 14. & Matt. 13. Aliquando Luc. 14.
 autem est cōgregatio credentiū. In terra Matth. 13.
 regnū ecclesię, cōmunitas hominū cœ-
 lestium, mente ciuium cœli quam Deus
 inuisibiliter regit & inhabitat. Matth. 13. Matth. 13. &
 & 25. Simile est regnum cœlorum, &c. 25.
 qui facti sunt cœlestes à spiritu Dei, renū-
 ciantes mundo, & veteri homini in ba-
 ptismate, qui non coacti spiritu seruitu-
 tis, sed volūtariē spiritu amoris obediūt:
 qui regnant & imperant super hostes spi-
 rituales, peccatum, Satanam, mortem, in-
 fernum, &c. cū omni iucunditate. Apo. Apo. 4. 5.
 5. Fecisti nos Deos, reges, &c. Regnum
 Christi & ecclesia, idem sunt: sed voca-
 bulum regni angustius est, cōstans ex iu-

DE REGNO

*Nota eccle-
siae Christi.* stis qui credunt Christo, & sanctifican-
 tur per spiritum sanctū, cuius notæ sunt
 purum verbum, & legitima sacramento-
 rum administratio: in quibus non domi-
 natur peccatum vel concupiscentia: sed
Ezech. 37. Christus rex pacis regit eos. Ezech. 37. &
Mich. 5. Mich. 5. Et regnat in cordibus eorum, fi-
 de, spe, & charitate. Spiritu sancto & ver-
Psal. 190. bo ceu sceptro. Psal. 109. Sceptrum vir-
 tutis tuæ emittet Dominus ex Syon. Nā
Esaie. 2. Esa. 2. De Syon exhibit lex, & verbum Do-
 mini de Hierusalem: regnat enim in do-
 mo Iacob, id est luctantium & militan-
 tium Deo. Israel enim Hebræis est prin-
 ceptum cum Deo: à far, id est princeps, &
 el id est Deus, miles vincens hostes. Imò
 fide & oratione vincens Deum. Gene-
 sis 32. Nomine etiam regni signatur ver-
Matth. 5. bum Dei, quo ut sceptro regit nos. Mat-
 thæi 5. Minimus vocabitur in regno cœ-
 lorum. Chrysostom. In opere imperfe-
 cto capit. 23. Regnum Dei scriptura est
Matth. 21. & verus & germanus eius sensus. Mat-
*Hieronimus
super. cap.* thæi 21. Auferetur vobis regnum Dei.
 Vbi enim verbum, Dei purum, ibi est
 regnum cœlorum, & Christi. Hieronim.
Matth. 13. super Matth. 13. Prædicatio Euangelij &

notitia, scripturarum deducēs ad vitā,
 est regnum cælorum, quæ Matth. 13. Cō-
 paratur grano synapis, & fermento. Dicitur
 etiamnum regnum cælorum fides &
 gratia, per quas vt leges, regnat Christus
 in nobis. Luc. 17. Rom. 14. & 1. ad Cor. *Luc. 17.
Rom. 4.
1. Cor. 4.*
 4. & etiam verba iustitiæ. Aliquando etiā
 dicitur regnum cælorum rex, vel domi-
 natus eius, & potestas Euangelij prædi-
 catio, virtus, operatio, & protectio Chri-
 sti. Nam in regno sunt plurima, quæ ta-
 men vno regni nomine significantur. *Quod galli-
cè dicitur le
regne.*
 Hoc duplex regnū patris videlicet, & vni-
 uersale regnum orbis datum est vnico fi-
 lio Dei à patre. Ioan. 13. Omnia dedit ei
 pater in manus. Quod tamen etiam iure
 belli voluit assequi. Ius enim erat in no-
 uacula cuspida, quòd aiunt. Ideo loquē-
 dum de bellis Christi, qui apparuit vt dis-
 soluat opera diaboli. 1. Ioan. 3. & Psal. 71. *1. Ioan. 3.
Psal. 71.*
 Siquidem ex ecclesia triūphante descen-
 dit ad militantem, vt dimicet & det suis
 victoriam, & pacem, quæ est finis belli. *Augusti. de
ciuit. lib. 19.*
 19. Ciuit. Dei.